



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

27. An Inquisitores Hispani, Præsides Consiliorum, & Consiliari, &c.  
teneantur iejunare? Et quid est dicendum de Doctoribus regentibus  
Cathedram, & de Prædicatoribus in quadragesima? Ex p. 11. t. 4. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

Ghilipum in summa verbo ieiunium n.2. littera R. Ioan-nem de Soria Epilogo summariū p.2. tom. 1. secl. 3. disp. 2. §. circa excusationem a ieiunio, vbi etiam docet, quod sup. hoc in Kef. & §§. not. p̄f. q̄adragesima, si aliter, &c.

## RESOL. XXVII.

An Inquisitores Hispani, Praesides Consiliorum, & Consiliarij, &c. teneantur ieiunare?  
Et quid est dicendum de Doctribus regentibus Cathedram, & de Predicatibus in Quadragesima? Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. Ref. 12.

**S.1.** Negatiū respondet Pasqualigus in *Praxi de ieiunio*, dec. 25. num. 4. vbi sic ait. Ex quibus colligitur, quod si quis per totum ferme idem in negotiis difficillimis occupatur, ut contingere potest in oratoribus Principum, Praefectis Vrbium, Ducibus exercitu, qui semper negotia difficilia animo reuelunt non teneri ad ieiunium, si quidem talis occupatio plurimum consumit spiritus, & inducit notabilem debilitatem, & idem censendum est de ceteris ministris, qui plurimum occupantur in negotiis publicis. Ita ille. Vnde P. Hurtad. var. tom. 2. tract. 10. cap. 9. n. 140. subdit hæc verba.

2. Hæc doctrina valde notanda est, cum sit nimis conformis rationi, & sic Praesides Consiliorum, Consiliarij viri, & similes secūrē sunt excusati ab obli-gatione ieiunio; si enim Lectores, & Prædicatores de- obligantur à ieiunio proper vinam lectionem, aut ser- deo, & §. Et ad illud, hu- ieiunio propter vinam lectionem, aut ser- monem vnius horæ spatio durantem, cum isti mini- stristi spatio quinque, vel trium horarum afflunt tra- stantes negotia difficilia, & diuersa, obligati ad stu- dandum, vt rectè decadant causas, multò magis ex- cusabuntur non solùm diebus Consilij, sed etiam diebus festiuis, & feriatis; ita respondi interrogatus, antequam viderem auctorem istum. Hucvsque Hurtadus, cuius doctrina est etiam applicanda auditoribus Rotæ pro die in quo, ut Romæ dicimus informantur, & in die seq. in quo student.

3. Et quidem Hurtadus pro sua firmanda senten- tia adducere poterat non solùm Pasqualigum, sed Lessium l. 4. cap. 2. dub. 6. num. 43. dicentem, omnes nequentes officio suo fungi cum ieiunio, etiam si la- bor non sit nisi ingenij, exemptos iri ab illo, quia pa- rum refert qualis sit labor, si non patitur secum ieiuni- um vsum.

4. Quo fit ait Sancius in *sæculis* disp. 54. num. 17. ex- cusatos iri iudices à ieiunio, dum ob magnam occu- pationem castrorum defatigantur, aut defatigandos iri probabiliter arbitrantur. Non enim ab officio cessare constringuntur.

5. Itaque concedo Patri Pasqualigo, & Hurtado quod non solùm labor corporis, sed etiam labor ani- mi, & solius ingenij sit incompatibilis, cum parum refert, qualis si labor, si non patitur secum ieiunij vsum; quod præter Doctores citatos tenet etiam Bos- sius var. tom. 2. titul. 21. num. 73. Castrus Palauus tom. 7. disp. 3. punct. 1. 6. 5. num. 10. Ioseph Roccaful in *Praxi tract. mor. tom. 2. lib. 3. de praecpt. Eccles. cap. 9. num. 16. 2. Layman l. 4. tract. 8. cap. 3. n. 3. Fillius tom. 1. tract. 27. cap. 6. n. 11. 9. afferentes parum referre an labor sit cor- poris, vel animi, si de facto cum ieiunio non potest consistere.*

6. Non habeo itaque circa hanc doctrinam diffi- cultatem, sed difficultas est, an labor Inquisitorum, Praesidum Consiliorum, & similium sit ita exem- ptus, ut cum ieiunio consistere nequeat. Hurtadus, & Pasqualigus asserunt. Ego non ita generaliter lo-

quar, sed hoc prudenti confessario remittendum ar- bitror, qui considerabit vires, & complexiones vni- cuiusque in ordine ad laborem illum sustinendum, & secundum prudentiam determinabit, si cum ieiunio sit incompatibilis.

7. Ego quidem, vt dixi non absolutè liberem à ieiunio omnes Inquisitores, Praesides Consiliorum, & Consiliarij Iudices magna Curia, Senatores, & Re- gentes alicuius Cancelleriae, & mihi confar ut plu- rimam ferè omnes ex supradictis ieiuna obseruer- nisi ex aliquo motivo, & causa particulari à confessori excusat; vnde videtur per se loquendo, ex- perientia teste, labore supradictorum non esse ita im- probum, vt non possit cum ieiunio sustinere ad exem- plum Lectorum, & Prædicatorum, quod pro sua sen- tencia adducit Hurtadum, *vbi supra*.

8. Respondeo negando id, quod ipse absolute af- ferit, ut patet ex his, que, me citato, docet Angelus Bossius tom. 3. tit. 21. n. 78. vbi firmat, non omnes re- gentes Cathedram excusari, sed tantum illos, quorum labor est improbus, vel quia, ita debiles sunt, & si sufficienter studeret non possint, ut lectionem explicent, & legant cum satisfactiōne.

9. Vide etiam Villalob. in *sum tom. 1. tr. 23. disp. 4. n. 5. & Sanch. in opus c. t. 1. 5. c. 1. dub. 13. n. 8.* afferentes, quod labor, qui in legenda quotidie vnicā lectione inuenitur lenis est, & modicus, & comparabilis cum ieiunio.

10. Aliqui verò cum distinctione loquuntur, ut me citato tener Leander, *de Praecept. Eccles. tr. 8. 5. 48. quaest. 11. 6.* Vnde Pater Hurtadus non debet adducere exemplum de lectoribus, ut absolutè adducit; Hic Roccaful. tom. 2. lib. 3. *de Praecept. Eccles. capite nono, numero 163.* me citato, docet regulariter Doctores posse ieiunare, & qui dicunt, istos non teneri ieiunare, intelligendi sunt, quando commode munus lectoris non possint exercere ieiunando, & numero 178. sic ait: Aduerteret Diana, non omnes lectors excusandos esse; sed tantum illos, quorum labor magius est; vel quia debiles ita sunt, ut non possint ieiunando studere, legere, & explicare lectionem, ut oportet; ergo nimis amplè, & absolutè exemplum de lectoribus adduxit.

11. \* Et ad aliud exemplum de concionatoribus affer- ro non posse applicari in casu nostro, quia ut, me citato obseruat Leander, *vbi supra*, q. 11. concionatores quotidiæ concionantes nimis laborant ob vehementem agitationem corporalem, & ob fixam mentis attentionem, quam necessario habent ad id munus recte obeundum: Adde laborem in concione mementis retinenda, quæ quidem non militant in Inquisitoribus, Praesidibus, Consiliariis, &c. pro ieiunio non obseruantur.

12. Labor enim esse non videtur ita improbus, non laborant agitando corpus, sed sedent, illa sua mentis attentione ad suum munus excusandum non iadigunt, & dum alios audiunt, vel inter se negotia conseruant, loquantur etiam hilariter de aliis negotiis indifferentibus ad relaxandum animum, & labor corrum est etiam interpollatus videlicet mané, & vespere.

13. Ergo non videtur talis labor incompatibilis cum ieiunio, ut est labor concionatorum quadragesimæ, ut nituntur adserari probare: Nam de istis vbi bene obseruat Leander loco citato id conseruendo declarat, & asserit; sed ego ut superius dixi contrarium affero in exemplis allatis ab Hurtado, nam supradicti Praesides, Inquisitores, Consiliarij, &c. omnes ieiunant, nisi aliquis sit ita debilis complexionis, quod id facere non possit.

14. Vnde si argumentor contra Hurtadum, con- cionatores p̄f. & seruulos conscientiæ statim, ac predican-

pedicant in Quadragesima, relinquere ieiunare; sed iugidores, praesides consiliorum, Consiliarij, &c. in ecclesio capite excusentur in Quadragesima ieiunare; ergo conseruato, & experientia demonstrat eorum laborem non esse cum ieiunio incompatiblem, ut est labor concionatorum. Ergo non videtur, ut uite Hurradus absoluere ornes supradictos à ieiunio liberandos esse.

Ego nolo scrupulos inigere, alij iudicent, & me fideiente prudentem, & pius confessarium consulant.

**RESOL. XXVIII.**

An. Scriptores, & Typographi compostores teneantur ieiunare.

Idem est dicendum de Notariis, Magistris, Actorum Regum Secretariis, & similibus.

Et an supradicti Typographi possint in diebus festinis Characteres componere? Ex part. 8. tract. 7. & Mise. Resol. 56.

**RESOL. XXVIII.**

Affirmatio respondet Io. de la Cruz in direct. conf. part. 1. praecept. 3. art. 4. dub. 9. concl. 2. & Ledesma in summa, tom. 2. tract. 17. cap. 2. concl. 3. dub. 3. & Reginaldus in praxi, tom. 1. lib. 4. c. 17. n. 216.

Sed quia Philarchus de officio Sacerdotum. 1. part. 2. lib. 1. cap. 3. & alij agunt de illis, sicut & de Concionatibus, & Lectoribus: idem, quod dictum est de ieiunio, dicendum est de Aduocatis; nempe, ut de Lectionibus affectivit. Pagund. praecept. 4. lib. 1. c. 8. num. 19. non omnes esse excusandos; sed tamquam illos, quorum labor improbus; vel qui ita debiles sunt, ut sufficiens studie non possint, ut postea causit clientum satisfaciant: propterea dixit Ortiz in summa, c. 19. mand. 2. num. 15. Nos obligando ayunar el iurista, que esta su cabeca de una medida de estudiar.] Idem, quod dictum est de Aduocatis, dicendum puto de Procuratoribus.

**RESOL. XXIX.**

An qui videntur ex officio scribendi, & reuertere quotidie scribentes a ieiunio? Ex p. 4. tr. 4. & Mise. Ref. 150.

**RESOL. XXX.**

D E hoc casu ego olim interrogatus fui, & contra aliquos pro affirmativa sententia tunc adiutorium Ludovicense de San Juan in luce Sacerdotum, q. de ieiunio, art. 7. diff. 8. appen. 1. ubi sic afferit. [Ha se adiutor que los escritores que tienen por oficio escriuir como los secretarios de los Reyes y otros que tienen delo trabajo tambien entiendo que quedan excusados del ayuno, quando por la necesidad del negocio o apertura del tiempo son forzados, porque los que no saben escriuir, piensan que no es trabajo en realidad de verdad es trabajo grande, porque aunque parece que solamente trabajan tres de los tres dias, como los dice Angles] de ieiunio

Tres digitii scribunt, et ex ea membra dolent. Ita ille. Sed Iohannes Sanchius in scelitis disp. 54. num. 16. putat, quod scriba debeat consilere suam imbecillitatem,

**RESOL. XXX.**

An excusat a ieiunio apud Typographos praelium versantes, & typos colligentes? Ex p. 4. tract. 4. & Mise. Ref. 150.

[Acobus Gordon in Theol. mor. tom. 2. lib. 6. q. 18 cap. 6. num. 11. non excusat a ieiunio typos colligentes, & merito, quia non videntur grauen subire laborem; quod vero versantes praelium, excusat cum formidine; sed ego absolute sine viro metu puto supradictos peccatum versantes excusari a ieiunio cum eorum labor improbus sit.]

Top. IV.

### RESOL. XXXI.

An Scriptores, & Typographi compostores teneantur ieiunare.

Idem est dicendum de Notariis, Magistris, Actorum Regum Secretariis, & similibus.

Et an supradicti Typographi possint in diebus festinis Characteres componere? Ex part. 8. tract. 7. & Mise. Resol. 56.

**RESOL. XXXI.**

DE his peculiarem resolutionem facere volui, Sup. contendo quia non patrum laborauerunt in transcriptione, & impressione meorum operum: idem puto probabilem excusatum esse a ieiunio, ex dictis in superiori resol. & ita de illis individualiter loquens docet etiam Ioan. Machadus de Perfecto Confess. tom. 2. lib. 6. part. 8. ta ad lin. 5. docum. 4. n. 2. [La segunda obligacion consiste en auctor huius textus guiar, si los que se ocupan en el ejercicio de la impresion esten excusados del ayuno, para cuya intelligencia se ha de aduertir, que todos los Dotores convienen en que los Tiradores y Batidores estan excusados de la obligacion del ayuno; porque verdaderamente el trabajo que tienen es muy grande y incompatible con el ayuno. Queda pues dudoso si los Componedores esten excusados del ayuno, la mas probable, y recibida opinion es que no; porque el trabajo que tienen es leve, y muy compatible con el ayuno. Pero por la general concession, ó declaracion de Eugenio IV. en que indistinta, y vniuersalmente excusa de la obligacion del ayuno a todo los oficiales de qualquiera Arte, ó ministerio que sean; y lo cierto es, que aunque parece que el componer los characteres es oficio de poco trabajo por el poco exercitio corporal, no es tan pequeno, que no sea mayor, que el de los que escriuen, trasladan, y pintan, a los cuales muchos Dotores los excusian, como veremos adelante, quando tratemos de sus obligaciones. Denias de que para cumplir con sus jornadas les es fuerza madrugar mucho, y velar, con que afingen la cabeza, y enflaquecen el estomago, causas per si bastantes para excusarlos del ayuno, segun doctrina comun de los Dotores.]

2. Et paulo post, docum. 5. loquens de scriptoribus sup. contendo sic ait. [Porque ay muchas personas en la Republica, in hoc sup. por razones de su oficio, y ministerio, ó por ocupacion continua se ocupan, y gastan lo mas del dia en escriuir, ó trasladar como son los escriuianos, scriuientes &c. me ha parecido muy necesario hazer particularmente documento, y aueriguar en el dos cosas, que son sus particulares obligaciones; pero muy justo, que ni ellos, ni el Cofessor las ignoren. La primera es, si todos estos por razones del trabajo de escriuir se excusen de la obligacion del ayuno. Para cuya inteligencia se ha de aduertir, que esta es question muy reñida entre los Dotores, y de que sienten variamente. Algunos afirman, que estan obligados al ayuno; juzgando, que el trabajo del escriuir no es de su naturaleza incompatible con el ayuno. Otros quieren, que este juicio le deixe a la conciencia de cada uno, que consideranda su complecion, y fuerzas determine si le sea demasiada descomodidad el del ayuno. Pero graues Autores desfenden absolutamente, que todas las personas que por oficio, y ocupacion se ocupan lo mas del dia en el ministerio del escriuir, ó por gusto, ó por interes, se excusen de la obligacion del ayuno; y la razon es, porque no se puede negar, que sea accion trabajosa el de escriuir por si, ó trasladar; y lo prueban con el modo ordinario de dezir, Tres digitii scribunt, et ex ea membra dolent.

Hucusque Machadus, vnde idem dicendum videtur de his in Notariis, Magistris, Actorum Regum Secretariis, & Ref. not. præteritæ, similibus.